




Hollandiæ comitatus Hollant grafschafft

Kaart van Holland, Frans Hogenberg, 1579 (1598)

<https://hdl.handle.net/1874/20407>

I NETELLOS
Chag 1598 J.



Hol-13

in Haga Comitis totius propemodum regionis nobilitas, ac Regis etiam Palatum, Curia; commoratur. Ab hoc loco ad sesquimiliarium distat Losdunen, Benedictini ordinis monasterium, ubi sepulchrum extat Comitissae Margaretæ, cuius historia relatu non indigna videtur. Hanc quondam paupercula quedam, natos ex se gemellos vlnistrenens, pe- tebat eleemosynam: cui præter id quod nihil ei largiretur, insultabat, eamq; convitijs pro- scindebat, negans possibile esse binos pueros eodem partu edi, nisi binis etiam patribus ge- nitie essent, proinde alterum horum adulterio natum esse: qua contumelia mota misercula hec, orabat Deum, vt ad vindicandam castitatem pudicitiamq; suam, permitteret hanc Co- mitissam eodem partu tot infantes, quot dies annus habet, dare: idq; factum esse testatur eius Epitaphiu quod sic se habet: Illustris domini Florentij, Comitis Hollandie filia, cu- ius mater fuit Machtildis, filia Henrici ducis Brabantie, fratrem quoq; habuit Guiliel- um Alemani regem: hac præfata Domina Margareta anno salutis 1276. ætatis suæ an- 42 ipso die Parasceves hora nona ante Meridiem, peperit infantes vivos promiscui sexus numero 364, qui postquam per venerabilem Episcopum Guidonem Suffraganeum præ- sentibus nonnullis proceribus & magnatibus in pelvi quadam, Baptismi Sacramentum percepissent, & masculis Ioannes, femellis vero Elizabeth nomen impositum fuisset, ipso- rum omnium una cum matris animo ad Deum æternaliter vietura redierunt: corpora autem sub hoc loco requiescunt. Traiectensis diecœsis quamvis sit dominium ab Hollandia diversum, tamen quandoquidem tota propemodum Hollandia circuitur (huic enim à Septentrione, a Meridie, & Occidente contermina est) ab ortu autem Geldriam habet, eius Episcopale olim Antoniam dictam, ab Antonio Romano Patritio, qui fugiens Neronis tyrannidem eo confugisse, hancq; condidisse fertur. Est iuxta veterem Rheni alveum, quo prætervehatur ad mare, priusquam Lecco fluo coniungeretur, vrbs ampla, spatio- sa, præpotens, & sumptuissimis ædificijs ornata: territorium oppidis pagisq; plusquam exculpi. Huius iurisdictioni subsunt Wicke Duerstede, Batavodurum Ptolomæo Rhe- niam Ormes Tacito, Amerfort & Monfort. Hollandie aer, ventorum quibus perflatur beneficio, etiam humidus ac labis nonnihil ex maris lacuumq; vicinia contrahere possit benignus tamen est & salutaris. Terra est submissa ac profunda admodum, ita vt omnes penes fluvij, canales ac aqueductus, qui maris fluxum leniunt, quo minus inundent terram aggeribus muniendi sint. Vnde frequentior hincinde videre est (miratus dignum) flumina super reliquam terram eminentiora. Terra ipsa peninsula est, ac aquis vndiq; plena, præter enim alveos, quos sponte flamina custodiunt, tantum canalium fossarum ac aquæ ductu, manu ac arte factorum, cuiusvis commoditatis causa, qua ultra citroq; merces convehan- tur, videre est vndequaq; vt terra universa præter Insularum acervum nihil esse videatur. Arborum ferè nihil videre est per campos, minus fructuum, Sylvas vix habet villas, præ- ter eam quæ prope Hagam Comitis conspicitur, feris vtcunq; frequens, Frumenti quoq; ob terræ profundum situm parum producit: verum prope vicum cui Sgraen sandt no- men est, erit meritorq; frumenti optimi plus quam alio huius regionis tractu. Et cum parum producat regio frumenti, eiusdem tamen ibidem est abundantia. Vinetiis quoque caret, nihilo tamen secus vini plus hic bibitur, quam quibus nascitur locis. Linum quoq; non producit, cum panni linei plures hic, quam in orbis parte alia, confiantur. Lanam non habent, & pannos laneos in magno numero concinnat. Lignis caret, cum naves & ag- geres quoq; lignis tum fascibus, tum sudibus ingestis plures, quam quivis alias Europæ tractus exstruat. Terra vero pratis pascuisq; per quam commoda cū pecore vt plurimum vivant, cespitibusq; excidens, quibus focus ignisq; alatur ingentem materiam præbet. Bo- bus abundat regio, ovibus caprisq; nō item. Equos gignit prægrandes ac corpulentos, bo- nos ac elegantes: Hos cum aliquanto adeleverint in Frisiæ educandos mittunt: siquidē quæ ibi pascuntur, alacriores fortioresq; existunt, quam qui in Hollandia. qui verò ibidem nascuntur Hollandicis multo sunt inferiores, ita vt in Hollandia natus, & in Frisia pastus equus, ferox, animosus, fortis bonuq; iudicetur. Quem vero fructum capiant ex re pecu- aria palam est omnibus, cum (vt dictum est superius) pecore vt plurimum vivant, totaq; propemodum Europa butyrum, caseusq; huius regionis distrahanter. Piscibus avibusq; mirum in modum abundant, ita vt piscibus etiam porcos saginent. Flumina habet præter Rheni Molesque ostia, Lingam, Roteram, Amstelam, Gaudem, Schiam, Meruem & Baret. Terminatur autem à Septentrione & Occasu Oceano: à Meridie, Mosa flumine & Bra- bantia, ab Ortu, partim sinu maris quem Zuderzee & mare Australe vocant, partim Gel- driæ Ducatu.

Comites Hollandie & Zelandie in huius Tabula recensentur.

HOLLANDIAE COMITATVS.

HOLLANDIAE nomen probatissimorum authorū nonnulli dici volunt Holt- landiam, terram lignosam, quod olim sylvis lucisq; horruisse persuasum habcent. Haec vero sententia retrahantur opiniones multorū, qui Hollandiæ dici assverant, tan- quam terram cavernosam, cui rei fidem etiam facere aiunt eventū, non ita pridē animad- verū: Perunt enim prope Harleum, vaccam depascentē gramina, in cavernam quan- dā incidisse, ac triduo post in maris sinu ei oppido versus Orientē opposito, repertā esse. Suffragatur etiam eidē sententia Belgarum proverbii, quo dici solet Hollant, Hollant. Hec olim Batavia dicebatur à Batavo, vt quidā dicunt regis Cattorum filio, qui cū adiun- ctis sibi eiusdem populi viris, ob seditionē à popularibus suis pulsis, terram hanc habitatore cultoreq; vacuam occuparunt, fixisq; tugurijs colere cœperunt. Cuius rei argumentū est Catvivicus, locus peninsula terminans ad Septentrionē, quæ vox non obscurè gētis ve- teris nomen prodit. Ducis vero eorū nomen retinuisse videntur oppida nonnulla, vt Bat- tenberga, Battoburgum, Battavodurū, quod nunc Wyck te duerstedē dicitur. Regio hac mirum in modū populosa, hominumq; dives, vt plurimū procerorum, veruntamen bene proportionatorum corporū, ac animosorum, civilitate ac politia multū à maioribus dif- ferentium. Feminæ eorum elegantes, formæ albæ, & in rebus omnibus gerendis magnæ dexteritatis: Virilia vt plurimū officia exequuntur, præsertim quo ad mercaturā: Vnde regionē peragrabus triplo plures fœminæ quam viri ob vij sunt, quæ cū curribus, cum cymbis, ac holcadibus rerum gerēdarū causa vltro citroq; commicant. Nusquā gentium, teste Erasmo Roter Batavo mediocriter eruditorum frequētior numerus est. vulgus au- tem vt plurimum mercaturæ, rei pecuariæ, nauticæ ac pectoriæ deditum: ad voluptates antē aliquanto propensiōres, ob rerum omnium exuberantiā sunt, quibus voluptatis stu- dium irritari solet. In domesticæ supellestis nitore palmam vni concedunt Hollandiæ negotiatores, quibus pleraq; orbis pars peragrata est. Hæc regio nobiles perpaucos hodie habet, vnde in pauciores regiunculas distrahitur dividiturq; Egmondēsem tamen comi- tatum Brederodensem seu Vianensem Baronatū, ac Ultraiectensem diecœsim continent. Quidam præterea minores insulæ eius iurisdictioni parent, versus Meridiem posita, qua Zelandias propicit: earum hæc sunt nomina Boorn, Gorede, Somersdyck, Piershill & Corendyck. Negant alia inveniri regionem quæ simili spatio tantum oppidorum contineat. mediocri quidem magnitudine, sed incredibili politia: Mænibus circumdata habet 29. quartum sex sunt præcipua: Pagos 400. Dordracum 4. fluminum concursu in insulam redacta, Mose nimirum, Vahalis, Lingæ ac Merue, qui eandem anno 1421. abroserunt à co- tinenti: Brabantie enim cohorebar: quo tempore etiā vltra 70. pagi inundatione submersi, & ad 100. hominum millia cum omnibus fortunis ac possessionibus interière. Civitas est ampla, pulchra, opulenta, ac præpotens, ædificijs elegantissimis ac magnificis ornata.

Harleum omnium quæ in Hollandia sunt vrbium amplissima: cui Incolarum suorū testimonio Typographicæ artis inventio debetur, quamvis hoc beneficij moguntinensi vrbis acceptum referant nonnulli.

Amstelredamum, Emporium est celeberrimū, præsertim merciū, quas regiones Borr- hapeliotice emittunt, vt sūt frumentū, cineres clavellati, Cera, Linū, Pix arida & liquida, om- nigena fabrilia ligna, Canabis, pluresq; merces aliae, vbi & sèpius vna æstate, aliquot centū naues onustæ simul appellunt, intraq; octiduū exoneratae & iterū onustæ littore solunt.

Enchusa & Horna, multas & insignes naues mari committunt, portusque habent com- modissimos, Edamum Medemblicum & Enchusa (in quarum vltima & plures saline) ma- ximas & egregias naues fabricant.

Monicdamū, Purmerenda Alcmaria, vrbes sunt rurales, sicut & Muda, Narda, VVesopū, Lugdunū Batavorū vulgo Leyden, vrbis amēna, dives aquis, Sairū opificio, & Acad. floret.

Delphis cerevisarijs percelebris, vrbis est munificissima.

Gouda, Schonhovia, VVoroder Oudevva, & vrbes sunt rurales, nō contēnendæ quæ ex seminibus expressa olea conficiunt, omnigenaq; fila, in vsu rudentū & retiū pectoriū.

Roterodamum, Sciedamum, Pontus Delphicus, Vlerdinga & Briela, piscium marino- rum & halecum capturam exercent. retiumq; texturam, & quæ ex his dependent.

Gertrudisberga piscium fluviatilium & Salmonum exercet pectoratam.

Gorcoïnum vrbis ruralis, sed celebris, navium gaudet copia.

VVorcomum, Aspera, Heuckelem, Leerdam & Viana vrbes sunt rurales.

Haga Comitis vulgo Sgravenhage, pagus omnium quos Europa habet pulcherrimus, di- fffissimus, amplissimus, ac capacissimus, ad domuum 2000. continens, tam sumptuosarum vt nulli vrbium cedant. Habet ad Orientem veteris sacri nemoris exiguum vestigium, fil- vam nimirū vnius in longitudine milliaris vix dimidij in latitudine, hinnulis abundante.